

1621
Catholicorum Ducatus Prussiae
Grauamina

Tametsi pacta conuenta aique Catholico Nobili uti Evangelicis ius patronatus in bonis auitis concedunt: Tamen Evangelici complures respecti sunt qui in elusionem pactorum integros pagos qui alias ad templum aliquod spectabant, ab eodem auulserunt, quamprimum Catholici Domini ius patronatus alicuius templi habentes Catholicum in eo loco sacerdotem (quod semper magna cum difficultate effectum) promouerunt: Unde obsecrarum reliquorumq. reditum defectum templa huiusmodi in nihilum redacta sunt: Vel si hoc facere non possent, tum ius patronatus a Catholicis suis legitime acquisitum et antiqua longissima temporis possessione mirritum in dubium reuocare varijsq. machinis expugnare conati sunt.

Sacerdotes Catholicos praesertim Regiomonti etiam quando cum Venerabili Sacramento Eucharistico agros inuisere solent grauibus iniurijs afficere uel plebs uel Ministri ipsi impune solent. Et in particulari, Regiomonti quidam concionator Evangelicus binis vicibus sacerdotem Catholicum, qui hominem aegrum in hospitali cum salutari uialico inuiseret, sacre exlurbauit ac postea etiam Catholicum aegrum eae hospitali propria autoritate eiecit.

Templum Regiomontanum neq. ornamenta reliqua neq. sedilia aut campanile habet. Evangelici eo intrantes irrisionibus et subsannationibus tam Sacerdotes quam ritus Catholicos etiam sub ipso

elevationis tempore ad altare dorso in contemptum Sacramenti verso
impune expiunt.

De templo adhuc altero iuxta pacta pro Catholicis extruendo nemo cogitat.

Nobiles Catholicos ad nulla officia aut honores admittendos censent. quinimo si qui de promotionibus huiusmodi sollicitant eos *Uni Regentes* Varijs utentes exceptionibus ac praetextibus rejiciunt pro ut manifestum exemplum habemus in nobili Wolfgango ab Olmützque ad ternas etiam *S. R. M. Vrae* liras promotoriales ad Capitaneum Insterburgensem hucusq. *Uni Regentes* promouere noluerunt. Sed ad *S. R. M. Vrae* datis literis inanes ^{exceptiones} petitiones afferunt quasi arx ea in sinibus Prussiae sita potentiori Praefecto indigeat cum tamen nullum hostem ex ea parte metuendum habeant nisi ipsam et *S. R. M. Vrae* et uicinas *S. R. M. Vrae* subiectas provincias loco hostium habere uelint. Rei ueritas autem est quod metuant ne si ulli Catholico accessus ad officium aliquod pateat per id ianua ceteris aperiatur de quibus deinde sic promotis sibi persuadent quod Catholica Oratoria edificare et Rel. Cath. exercituum ipsi in Capitaneatibus promouere minime intermittant.

Postremo si locum ullum aut dignitatem Catholica Religio in Ducatu habere debeat, necessarium omnino est, ut alteratis uicibus Catho. indigenae ex nobilitate ad officia et honores prouincia promouearit, sicuti et ciuitatenses: ita ut Catholici Evangelicis et Evangelici Catholicis in omnibus officijs et dignitatibus necessario succedant, id ni fiat frustra omnia statuta sunt quae pro Catholica Religionis libertate in pactis habeantur. Clusoria praeterea recedantur omnia quaecumq. uel de exercitio Reli. Cath.

hominum Catholice ordinata reperiuntur. Plurimi etiam qui ad Catho-
licam amplectendam propensi sunt, eo metu, ne per eius professionem ab
omnibus honoribus remoti esse debeant ab eodem proposito, quod est hu-
mana fragilitas, resiliunt, quibus malis non nisi per alienationem
succedentem dignitatibus succurrere poterit. Quod totum sapientissi-
mo S. R. M. Vice, iustitiae et religiosissima Consuetudine Catholici
omnes in ipsa Ducatus Præfata humillime committunt.

¶ Sed ut hæc difficultas penitus tollatur, necessarium est ut ex Catho-
licis licet ad minus annuati, terrestres de presenti eligantur, ac reliquis
adjuvantur, qui pari cum reliquis dignitate abilitati Reip.
fuerint.

¶ Cum subinde magna dignitatis et auctoritatis viri ~~quandocumque~~ quod
atatis viri ~~quandocumque~~ nobilissimæ matronæ Regionontum ve-
niant, quod ex Catholicis alij semper alij propter calcludinem
causæ templum visitare non possunt pecces, sed necessario curru
vehantur. Porta vero quatuor solummodo diebus dominicis
et festiuis ut sunt feria Paschalis, Pentecostes Natalis
Domini. Aut si quando bina festa succedunt diebus, necesse est
claudantur, ut est porta civitatis Kneiphaueriana. Quæ dicitur sedem
dehinc et porta quæ est e regione in ueleso opido tum porta
illa quæ est intermedia inter opidum civitatis Altan. S. et
et Lesebanij, nempe illa postrema de Lesebanij. Et cum
quodammodo. ut festiuis et dominicis diebus spatium malu-
tina aperiantur, quæ commoedius ad templum Catholicorum ve-
hantur.

¶ Volem quoque Ecclesia pro sustentatione non sufficere no-
tissimum est, ac nisi liberalitate senioris Parochi hactenus
alimenta subministrata fuissent, commoda sustentatio
desuisset.

Seco Dni Regij Commissarij cum Reverendissimo Electore et Dnis
Regentibus agent ut pagus Lauten districtus Neuhauensis
hereditarij ~~ad iudicium~~ ad iudicium cum omnibus redditibus

Inspectores ut Ecclesia Catholica habeat Fidei Catholica qui
de adfecijs curam gerant ac Ecclesia necessitatibus praesint Ele
mosinas festis diebus colligant

Formae templi Regiomontani fissuris multis et amplis hians
quoniam mixtari videt

Domuncula pro sacerdotibus annis rante aliquot edificata nec perficit
Stori Parochiales post tot annos non dum scriby cincti furum
et bestiarum incursionibus et devastationibz patent ita ut
nihil fructuum inde Parochus percipere possit

Ministri Evangelici ut in odium inducant apud iudem plebecula
in qualibet concione orant ut Deus eos praeservare velit a ve
neno Papistarum

Spisices quidam aiunt se salvis iuribus ac privilegijs suis
nullum Catholicum posse acceptare in suis contubernium
Opere precium facient illustres ac Magnifici Dni Com
missarij si inspicerent Crechiones et fundationes fra
ternitatum ac contuberniorum quas Rellas vocare solet

Cuscutaria Inaequalis L.
granulata

1623

Instructio Legato Sac: Reg. M^{te} ad ordines ac status
 Terrarum Prussiae ac Livoniae pro Comitibus Particularibus
 die 17. Mensis Januarij, proxime venturi celebrandis de
 Dat: Varsoviae die 3. Mensis Decemb. 1623.

Cui in proxime prateritis Comitibus certi Commissarii, tam ex Regno, quam
 Magno Ducatu Lithuaniae ad tractandas pacis cum Principe Suedermaniae conditio-
 nes designati erant: tamen sacra Regia Ma^{tas}. Poloniae nr clementissimus
 ordinibus Regni, vix ulla eius commissionis fructum sperando, hostibusq; pateris
 artibus instructam imbutamq; temeritatem spectatam habendo, in illis ydem
 Comitibus publica lege sanxerunt, ut si Commissarii rebus infectis ex Livonia
 decederet hostibusq; aequas et honestas pacis, conditiones aspernaretur vel ali-
 quod graue periculum a Turcarum Imperatore Reipublicae impenderet,
 comitia trium hebdomadarum, sine solennitatibus de iure consuetis, indici
 a Sacra Regia Ma^{te}. possent: Verum sacra R. Ma^{tas} sicut semper extra,
 ordinaria comitia cuitabat, et nunc ab his Comitibus, et ob summan animi
 Caritatem, et ob pestem passim grassantem, libenter abstinuisse, ni ea
 ipsa necessitas, grauissimiq; Reipublicae pericula a S. R. Ma^{te} extor-
 sissent. Itaq; expectabat S. Regia Ma^{tas} euentum Commissionis tam-
 eius, quae ad Rozaccos in officio continendos, quam quae ad pacis Condi-
 tiones cum Gustavo agitandas ex superioribus Comitibus designata
 erat. Verum utriusq; par prope exitus. Nam illa ob Tartarorum, incur-
 siones, haec ob pestem in Livonia grassantem dissoluta. Et licet iussu
 Sac: Reg. M^{te} Commissarii Regni in Livoniam redeant, unig; cum
 Commissarijs Mag. Duc. Lithuaniae huic Commissioni maxum adhaerere,
 uelint, tamen parua spes subest, eodem aequas pacis conditiones acceptanda-
 rum: ut potè qui non tam facile ea sit. dimissurus, quae cladibus patris
 ipsius sunt nobilitata, et quae ipse difficili Reipublicae tempore grau-
 dulenter occupauit. Cuius rei arguments sunt apparatus Bellici, quos
 terra, mariq; uti ad Sac. Reg. Ma^{tem} certis rumoribus defertur, facit.
 Atq; eam ob causam S. R. Ma^{tas} tutius ee rata ad ordines Regni ea de-
 re referre, et comitia non expectato commissionis euentu inherendo

Constitutioni præteritorum Comitiorum indicere, quam ob dubiam, et incertam pacis tractationem tempus extrahere. Cuius ad expirationem Induciarum non multum iam superest. Si enim exitum Commissionis Sac. Reg. M^{tas} expectasset, is verò non ex sententia, cecidisset hosti iam armato, et oⁱ bellico apparatu instructo, in visceribusq; propriè Reipub. Særenti, et reliquam Livonia, et adiacentes Regno Provincia, omni præsidio nudata patuisset. Quamobrem anticipandam potius censuit S. R. M^{tas} indictione Comitiorum induciarum expirationem, ut in oem siue belli siue pacis casum, Respublica maturè sibi prospiciat, hostemq; potius pueniat, quam ab illa præventa, graue detrimentum capiat. Quoniam uero sine, et fid. Vræ in ipso periculo ipsaq; belli sede versantur, ipsiq; omnis belli fortuna prius cæteris est subeunda; id solum belli Livonici periculum sine, et fid. Vræ Sac. Reg. M^{tas} in præsentia proponit: Benignè hortari et requirendo, ut eius cum salute, et dignitate gerendi Reipubl: talem incant rationem, qualem cum periculi magnitudine debita erga patriam caritas ab ipsis efflagitat. De pace magis optandum, quam sperandum. Cuius si qua sese æquis & honestis conditionibus ex hac Commissione occasio dabit, eam Sac. Reg. M^{tas} libenter amplectetur. Verum, palam iam sic hostis ostendit, quid cogitet, et quid moliat, cum classe armata, sub Ciuitatem Gedanensem, hostiliter ad nauigando, Portum occupando, naues intercipiendo, minaces lras ad Senatam, Gedanensem scribendo, cum hostibus Regi consilia Belli gerendi communicando, malefidos uicinos in societatem belli sollicitando. Quæ ut sine, et fid. Vræ seriò expendant, proq; magnitudine periculi consilium inter se agitent, ac ea quæ ad incolumitatem huius Provincia periculi impendentis auersionem, bellig; è re, et dignitate Reipublicæ Vræ, ueræ gerendi rationem pertinebunt, diligenter tractent, S. R. M^{tas} Dn^s nr. Clementissimus benignè hortatur & requiritur.

Ad mandatum S. R. M.
proprium.

Rigense presidium ita extenuatum est, morte militum, ut de 4000 non
super sint 600 Genialiter ibi vivit Gubernator, in perpetuis Convivijs &
nuptijs, uti Pragæ vivebatur ante pugnam. Cum suis Praefectis corrumpit
Civium uxores et filias: mercimoniorum iam Rigæ locus nullus: ditescunt
Regiomontani et alij, ad quos negotiationum fructus et utilitas devolvitur.

Comitionum Warsaviensium initium fuit dies 6. Feb. discipatum, mitis
de Mareschall. Nuntiorum Terrestrium. Per triduum res ventilata.
 tandem delectus non Capitaneus Rauenensis Wollurky, quem proposuerat
Aula, sed Dominus Cowizky promotore Christophoro Rodziwili cam,
jestriam, copiarum Lituanicarum Cuce. Die 9. Feb. cum ad deos cubar,
dam manum Regi: M^o Nuncij convenissent, decretum inter ipsos,
Vladislaum Principem Regi assidentem non esse salutandum, etiamsi
id in alijs antea Comitij's usu venisset. Tantum enim honorem, Regi
soli debitum.

Proposuit Cancellarius Lipsky, 3. de bello, contra Gustavum offensivo,
et modo ac rade istius Regni recuperandi. 2. de defensione, finium,
contra Tartaros, quos denud 30 2. circiter, prope Leopolim, longe
latijs regiones devadare nunciatum, et castra ipsorum, siue Kofs,
inter Sambor et Leopolim, posita: Castellari Cracovienfis bonis,
magna ex parte directis. 3. de coercendis militibus desertoribus,
q^{uod} ducum imperia detrectant, et agros devadantur. His factis
petierunt Nuncij vacantias distribuendas & confestim suffragia
dixerunt Senatores.

Primum caput unanimiter approbarunt des, reliqua duo fere sicco pede
transiuerunt. Supremus Cancellarius Lipsky, ad bellum Suecicum,
hortatur Regem ardentem. Esse expeditionem, q^{uod} facilem. Eatate

in Cromero historiolum. de Rusticis. q. olim maritimam expeditionem
contra Danos feliciter suscepissent. Gustavam cert. murem. illudere. Leonis
dormienti: De portu Gedanensi nullum subesse periculum. nec de occu-
patione.munitionis Weisselmundand. Interesse et Daria Regis et
Hollandorum. ut portus iste conseruetur. nec per illos licere Sueco. ut
danna Gedanensibus inferat. In aliorum votis obseruatum. videri
plerisq. utrumq. bellum simul geri posse. Scythis enim opponenda 20.
millia Cosachorum. et 6000 militum ex illis q. quarta parte tributary
alunt et quartari vocantur.

30 Feb. ex hac vita migravit Archiepiscopus Gnesnensis Lauren-
tius Gembizky. primas. primusq. Regni Princeps. febris pestilentiali
extinctus. Morbum contagio contraxisse dicitur. quia pauperes &
mendicos quorum nonnulli aegroti fuerant. confitentis ipse ausculta-
uit. Hoc ex ore medici audiimus. q. et indicauit. semper Archiepiscopu-
m. de his Comitibus. quae saepe dissuaserat. mali ominatum.

11. Feb. finitis votis Senatorum Marescallus Nunciozum de Va-
cantis ex postulando mentionem iniecit. Quibus vero instanter postu-
lauit. ut magnum sigillum Cancellaris. destinato Episcopo Cua-
niensi. erigiatur. perpetuorum officiorum incapaci & alij. tradat.

12. Feb. Regia Maiestas in prociadu fuit ad iudicandas causas
fisci et negotia nonnulla in contumaciam delata. Comiti Nuntij.
vota et sententias p. dixerunt pro & contra. Tandem Deputati
ex ipsis electi ad deliberandum tam de defensione Reip. quam de
medijs q. utendum. Petunt quoq. a S. R. M. te pertinaciter.
ut confestim Successor Archiepiscopi mortuo constituatur. Tantum
enim dignitatem ne borulam q. dem sine detrimento Reip. vacare possit.

Videtur Dominus Cancellarius Lipsky, destinatus Epus Cuiavienſis
Archiepiſcopatu inhiare, et idcirco fauorem & auram aulicam
captare, & bellum Succicum, suadere non dubitauit.

Agens in Aula Turcica Serbekowitz, ad Ducem Chriſtophorum
de Sbaras has dedit, omnia inibi ex ſententia peracta. Nouum
Sultanum, pacta Polonica confirmasse et non repugnare, quo
minus Tartaros Poloni liberi & impuni reprimere et interne,
cioni dare aggrediantur: Mitti etiam Chausſium, & afferre
pactorum confirmationem aut Genticam. e

Tractationis Siuonica de Inducijs nullus adhuc finis. Vtinam
Rigam recuperare possimus, sed voluptates suecorum & libidines
forsam victoriam nobis parient. e